

M fol. 20^a-b; B fol. 161^v-162^r; S fol. 107^r; P fol. 143^{ra}
 (zur Textkonstitution s. o. S. 545)

Quod^a si forte dubitatur, quomodo aliquod^b istorum^b animalium possit apparere^c in humana effigie et facie insignita, potest modo consimili dubitare, quia^d legitur, quod quedam maga^e socios Ulixis mutabat^f in bestias et quod^g quicumque sumeret de sacrificio immolato^h deo Bachoⁱ convertebatur in formam^k bestialem. Ad quod respondet beatus Augustinus de civitate dei: Quod^l potestas talia fecte representandi^m datur demonibus, utⁿ per hoc seducant peccatores, qui^o sprete veritate credunt^p mendacio^q, qui^r colunt^r et serviunt creature plus^s quam creatori, propter quod iusto dei iudicio dati sunt in reprobum sensum⁷¹. Cum enim Sathanas, qui quandoque transfigurat se in angelum lucis, mentem^t idolatre per infidelitatem^u occupaverit, illico transformat se in formas diversarum personarum, ut deludat^v mentem, quam tenet captivam per errorem. Igitur quia^w isti falso opinantur^x circuitum animarum per corpora^y brutorum^z transire post mortem, ideo deo permittente, quem spreverunt^a, et diabolo procurante, cui crediderunt, representantur sibi inter bruta animalia vere vel solum fantastice^b ibi diabolico ministerio^c conficta seu vere abducta, etiam^d quedam humana facie insignita^e, ut, qui in sordibus infidelitatis^f est immersus, amplius^g sordescat adhuc, dum^h credit mortuorum animas in bestialiⁱ corpore post mortem talem cibum elemosinarium^k manducare et mendicare. Certe supradicta civitas excedit copiam scriptoris, facundiam laudatoris adeo, ut cetera^l civitates dicantur^m deⁿ terra, ista autem^o sola^p comparatione aliarum^q celi civitas nuncupetur^{qr}.

a) sed B. b-b) aliquod ad istorum S; ad aliquod istorum P. c) appropriare P. d) quod P. e) magi B. f) mutavit SP. g) fehlt P. h) imolato MB. i) folgt ille P. k) forma B. l) quot B; que P. m) reprehendendi P; ideo über der Zeile nachgetragen in B. n) et B. o) que M. p) cedunt B. q) mundano S. r-r) que colunt S; fehlt P. s) potius P. t) mente B. u) infidelitate B. v) diludat S. w) quod B. x) oppinantur MB; captivatur P. y) corda B. z) beatorum SP. a) spernunt B. b) fatastice B; fantasmate S; fastamate P. c) misterio S. d) et B. e) insignificata B. f) infelicitatis P. g) fehlt MB. h) cum B. i) bestiarum P. k) elemosinarum SP. l) terre B. m) dicuntur B. n) a P. o) fehlt P. p) folgt in P. q-q) aliarum civitatum mundi nuncupetur celi civitas P. r) nuncupatur M.